

320
20

Z. n. 18.



18. iij.



DONORUM SPIRITUS S.
FLUENTA

A CHRISTO JOH. VII, 38. COMMENDATA
IN ANTIQVO FOEDERE
QUÆSITURUS

FESTUM
PENTECOSTES

SOLENNI ORATIONE
IN TEMPLO ILLUSTRIS AUGUSTEI
CELEBRANDUM

INDICIT

ET

AD ORATIONEM SACRAM

IPSA FERIA PRIMA CIRCA HORAM XII.

PIE DEVOTEQUE

AUDIENDAM

ILLUSTRES AULÆ SERENISSIMÆ MINISTROS UTRISQUE
REIPUBL. PROCERES ET LITERARUM FAUTO-
RES CIVESQUE ILL. AUGUSTEI

OFFICIOSISSIMÈ HUMANISSIMÈQUE

INVITAT

M. CHRISTIANUS REINFCCIUS, SS. TH. B.

CONSIL. SAXO-WEISSENFELS. ILLUSTR. AUGUSTEI

RECTOR ET P. P.





Ucundissimus est ille Divinus concentus consensusque Locorum Scripturæ in N. T. ex Veteri Testamento allegatorum, arguitque Divinitatem Scripturæ eodem Spiritu Dei revelante, inspirante & distante literis sic consignata. Non tamen diffiteri possumus, quandoque in his quoque occurrere, quæ multum facessant negotii Scripturarum Interpretibus, ut reperiant ea V. T. loca, quæ quam maxime respexit Spiritus Dei in allegatione Dictorum istorum V. T. Alia si jam facile dimittant, Locum Joh. VII. 37.

38. quem in superioris Anni Programmate hujus Festi Pentecostes in piam meditationem traxi & uberius considerandum recepi, intactum relinquere non debeo. Non igitur possum, quin hac recurrente occasione solenni investigem, quæ V. T. oracula in primis respexerit Sanctissimus Salvator formula ista καὶ ὕδωρ τῆς γαστρῆς ἐν verbis illis: *Εάν τις ἀρῶ; ἐρχέτω πρὸς με καὶ πίνατω. Ὁ πίνων ἐς ἔπει, καὶ ὕδωρ γίνεται γαστρῆς, ποταμοὶ ἐκ τῆς κοιλίας αὐτοῦ πρὸς ὄψιν ὕδατος ζῶντος.* Si quis fuerit venio ad me & bibito. *Qui credit in me, sicut dixit Scriptura, flumina e ventre eius fluent aquæ vivæ.* Referunt Scripturarum Explanatores formulam illam καὶ ὕδωρ τῆς γαστρῆς, alii ad immediate præcedens comma ὁ πίνων ἐς ἔπει sive ex Esaia c. 55, i. intelligendum, sive aliunde assumendum; alii ad sequens comma, aut saltem nomen ποταμῶν; alii denique totum versum 37. & 38. contextum respiciunt. Inter primos illos qui pro illis verbis ὁ πίνων ἐς ἔπει Scripturam nominari sentiunt, agmen ducit Chrysostomus Constantinopolitanæ Ecclesiæ olim Præsul, qui ad hunc locum ita commentatur T. 2. op. in N. T. f. 322. *Et ut de spiritali potu loqui se ostenderet addidit: qui credit in me, sicut inquit Scriptura, flumina de ventre eius fluent aquæ vivæ. Et ubinam dicit Scriptura: flumina de ventre eius fluent aquæ vivæ? Nusquam. Quomodo igitur hic textus intelligitur? Hoc in loco post verba, qui credit in me, sicut dicit Scriptura, distinguendum est, ut hæc particula, flumina de ventre eius fluent aquæ vivæ, Christi sententia sit. Cum enim multi dicerent: Hic est Christus; - verètam habendam cognitionem, neque ita signis, ut Scripturis credendum adferit. - Ideoque ad Scripturas iterum relegat. Idemque fidelissimus Constantinopolitani Episcopi Epitomator Theophylactus fere clarioribus verbis h. l. exprimit: *Quid autem dicit [Dominus]: Qui credit in me, sicut dixit Scriptura: ἵνα ὕδα γὰρ τοῦ θεοῦ, ἵνα ἀνὰ ἄλλοις ἀρχῆς ἀναρῶσιν τὸ, ποταμοὶ πρὸς ὄψιν ἐκ τῆς κοιλίας αὐτοῦ hoc enim loco punctum oportet facere: deinde aliud faciendum est initium legendi, flumina &c. Quia enim multi propter signa credebant ostendit non tam propter signa credendum esse, quam propter Scripturam. Fides enim recta ex Scripturis est. Ejus gratia inquit: Qui credit in me sicut Scriptura dicit: h. e. quemadmodum testatur de me Scriptura, quod Filius sum Dei - multi enim putant se credere, sed non ut dicit Scriptura: atque ita suas secuti sunt sceleres, quales sunt omnes heretici. Neque Augustinus T. 9. Op. in Joh. f. 257. sollicitus fuit de allegatione verborum Scripturæ ex V. T., sed ipsa illa verba: ποταμοὶ &c. Christi verba esse statuit: *Clamat ergo Deus, inquit, ut veniamus & bibamus, sicutus sitiamus & dicit, quia cum bibimus flumina aquæ vivæ fluent de ventre nostro.* Itaque Augustinus juxta Erasmus in**

in Ann. ad h.l. *Dominum loquentem facit, de citata Scriptura nulla mentio.* Eodemque post *Erasinum* quoque *Isidorus Clarus* & *Nic. Zegerus* h. l. tendunt Vid. in *Bibl. Criticis* T. 4. p. 1667. 199. Et frustra laborari de aliquo V. T. loco cum magnificis illis Domini nostri Iesu Christi verbis aptando existimat *Franciscus Junius* in *Parall. T. 1. Op. p. 1449.* statuitque illis verbis: *Qui credit in me, sicut dicit Scriptura &c. non alium quem novum Scripturæ locum citari à Christo, sed tantum explicari & determinari verba illius promissionis, quæ in Ecclesia Judæorum palam die illo magno Festi proclamaverat & ad eundem Esaiæ locum (Ez. 55. 1.) respicere; tanquam si diceret: quæsiturus est fortassis aliquis, hæc verba quid sibi velint si quis sitit, veniat ad me & bibat; ego vero hanc sermonem totum enarrabo paucis. Is demum venit ad me & bibit, qui credit in me: nam fide venit ad me & fide quoque bibitur, vitaturque in me. Sed hæc fides quam desidero, non est temeraria fides aut opinabilis, quin potius vera fides dei est, ut qui credit in me, sic credat, quemadmodum Scriptura illa dixit, i. e. ut explicabit Esaias in eo ipso loco - nimirum præditus vera illa fide quam ibidem Esaias explicat & Christus ostendit apud Martineum, dicens: beati qui eluriant & sitiunt iustitiam. Fuit autem homini, inquit Christus, qui vere sitiens in me crediderit, non solum id boni respondeo, quod unde bibit habiturus est, sed etiam unde in alios exundet copiosissime ad vitam æternam. Sicut autem Fr. Junius in his veram fidei rationem ex Esaiæ verbis explanatam dedit: ita hujus sententiæ Interpretes alii aliis locis scripturæ determinari subiectum in quod sit credendum sentiunt, & verbum *am* vertunt per *justitiam* ut respondeat Hebræo *צדק*, quod apud Hebræos sæpe, apud Arabes semper jubere denotat, notante *Lud. de Dieu* in *Crit. S. p. 507.* Ita *Heinsius* in *Aristarch. S. p. 406.* Qui credit in me, ut Scriptura dixit, h. e. iussit, is illustre illud Spiritus quod toties promitto munus accepturus est, & respicere Christum putat ad locum *Deut. 18. 15.* ubi *ἐπεφάνη* promittitur. Hanc sententiam quoque amplectitur *Jac. Capellus* ad h. l. in *Bibl. Crit. T. 4. f. 1674.* scribens: quia verba Christi, nescio quid emphaticum ac eximium habent, quod nusquam legitur, ideo videndum puto, annon hic, ut passim alias et dicit *Junius* posset pro jubeat h. m. qui credit in me quomodo jubeat in me credi Scripturæ, &c. Idemque sequitur *Lud. de Dieu* l. c. additque eandem quoque esse Syri sententiam, qui nullam adhibeat distinctionem nisi post *כרמא* ut hæc simul jungantur: *Quicumque credit in me sicut dixerunt Scripturæ; & quæ deinde sequuntur, sunt verba ipsius Christi, non alicujus Scripturæ loci.* Indefinite autem Scripturam non hunc ac illum Scripturæ locum indicari existimat, quia rotius passim Scripturæ scopus est & mandatum, ut in Christum credamus. Et *Job. Lightfoots* sunt T. 2. Op. f. 632. Vocat eos *Servator* ad fidem in Messia a gloriatione eorum in lege. Atque hinc revulerim ego verba ista *καθὼς ἔειπεν ὁ ὑψιστος* ad clausulam antecedentem potius quam consequentem. Quicumque in me crediderit, prout Scriptura loquitur de credendo *Ez. 18. 16.* *Habac. 2. 4.* Et fatentur ipsi Judæi in *Maccoth. f. 24. l. sexcenta & tredecim præcepta legis* reduci ad hoc: *Iustus ex fide vivit; ut & ad illum: quærite me & vivetis Amos 5, 6.* Nec inter nostræ Ecclesiæ Doctores desunt, qui hanc ipsam sententiam vel laudant tanquam piam valde *V. Lyserus* Harm. Ev. c. 99. n. 3, vel ipsi amplectuntur *V. Terrov.* h. l. & ex eo *Præcknerus* in *Vind. Bibl. h. l.*, item *Glossius* in *Rhet. S. p. 239.* & nonnulli alii præstantissimi Interpretes. Verum enim vero iniustitias illius pharæcos *καθὼς ἔειπεν ὁ ὑψιστος* usus, qui ista interpretatione introducit, quemque rem penitus penitentem facile ab ea sententia revocat. Nusquam enim in Scripturis reperias phrasi hæc: *sicut dicit Scriptura*, normam credendorum faciendorumve, fidei & morum significari, sed*

sed illa semper citationi verborum Scripturæ inservit. *Quaquam enim, sunt verba Seb. Schmidii in Myst. Gr. p. 503, quod per phrasin sicut scriptum est, generaliter Scriptura allegetur, nec ad certum speciatim locum remittatur, negandum non sit, e. gr. Filius hominis abit, sicut de illo scriptum est, non idem tamen de altera illa: sicut dicit Scriptura, concedi posse existimaverim.* Et de hac aliisque formulis allegandi Scripturam V. T. ex instituto agit *Gr. Surenhusius* in libro qui inscribitur *הַמִּשְׁבָּר* idemque affirmat. Præterea *Georg. Königius* in *Vind. S. Loc. 84. p. 472.* & ex eo *Mich. Waltherus* in *Harm. Bibl. h. l. p. 969.* isti interpretationi hoc absurdum obvertunt: *Qui credit in Christum sicut dicit Scriptura i. e. modo in Scriptura prædicto, de ejus ventre fluent flumina aquæ vivæ. At quidam in V. T. sic crediderunt in Christum 5 patet ex Act. 15, u. & Rom. 4, 23, 24. Ergo de ventre eorum fluxerunt flumina aquæ vivæ. Conclusio est absurda, quia de ventre emittere flumina aquæ vivæ, reservatum erat N. T. & in effectu futurum post acceptum Spiritum S. in Festo Pentecostes, ut ex sequente v. 39. fit manifestissimum. Ergo vel Major vel Minor laborabit. Non Minor, quæ Scriptura est. Ergo Major ita disposita. Quam tamen si ita formaveris: *Qui credit in Christum beneficio Spiritus S. visibiliter accipiendi, de eo dicit Scriptura, quod emissurus sit fluentia aquæ vivæ. At sic crediderunt Apostoli & reliqui, qui in domo congregati, doni illius facti sunt participes Act. 2, 2. E. de eorum ventre manarunt fluentia aquæ vivæ.* Tunc argumentum exhibet verissimum. „Ut ut ergo in hac enarrata prima sententia chartæ exclusi spatio cogamur nunc subsistere, non tamen in ea possumus ita acquiescere, quin futura occasione alia, si volet DEus, etiam ubi de his fluentis Scriptura V. T. magnifice locuta sit, porro simus quæsituri. Id vero quod isti interpretationi hæcenus adductæ quam maxime obvertitur, agi hoc loco eidemque simi limo Act. XIX, 3. de effusione donorum Spiritus S. miraculose N. T. promissa & propria, ipso Johanne interprete Joh. 7, 39., *Hoc autem dixit de Spiritu, quem accepturi erant credentes in eum, nondum enim erat Spiritus S. [miraculose effusus], quia Jesus nondum glorificatus erat: pluribus contra Ephesios ignorantes, quod Spiritus S. existat ex Act. XIX, 3. enarrabit Nobilissimus ac Pereximius Juvenis Dn. JOH. CHRISTIANUS MULLERUS, ss. Th. Studiosus pietatis pariter ac industria laude nobis charissimus. Huic de Ephesio ignorantibus, quod Spiritus S. existat, peroranti, ut illustres Aula Serenissime Ministri utriusque Reipubl. Proceres Literarum Fautores & Ill. Augustei Civis vacuas præbeant aures & hunc Actum Oratorium Sacrum sua præsentia & attentione reddant illustriorem & magis devotum, est quod observantissime enixissimeque rogamus atque contendimus. P. P. D. Exaudi A. C.**

M DCC XXV.

LEUCOPETRÆ,

Literis Godofr. Andr. Legii, Aulæ & Augustei
Typographus.

Nr 885.
40

ULB Halle
001 556 347



3

So.

Witt

2. C.





29

DONORUM SPIRITUS S.
FLUENTA

A CHRISTO JOH. VII, 38. COMMENDATA
IN ANTIQUO FOEDERE
QUÆSITURUS

FESTUM
PENTECOSTES

SOLENNI ORATIONE
IN TEMPLIO ILLUSTRIS AUGUSTEI
CELEBRANDUM

INDICIT
ET
AD ORATIONEM SACRAM
IPSA FERIA PRIMA CIRCA HORAM XII.
PIE DEVOTEQUE
AUDIENDAM

ILLUSTRES AULÆ SERENISSIMÆ MINISTROS UTRIUQUE
REIPUBL. PROCERES ET LITERARUM FAUTO-
RES CIVESQUE ILL. AUGUSTEI
OFFICIOSISSIME HUMANISSIMEQUE
INVITAT

M. CHRISTIANUS REINECCIUS, SS. Th. B.
CONSIL. SAXO-WEISSENFELS. ILLUSTR. AUGUSTEI
RECTOR ET P. P.

